

P Bononien.

XXI. IDEM Episcopo & Magistris P. T. & B. Praten. Bononia commorantibus. [c. an. 1220. Romā in Flaminiam.]

Alor obtinens in possessio coram iudice rei, non tenetur coram eo iudice super proprietate respondere, si est prorsus alterius fori. Hoc dicit, & est casus notabilis.

Significaverunt nobis olim Abbas & Conventus sancte Marie de Florentia, quod Florentina Potestas pro eis contra Communitem castri de Signa, super possessione vel quali iuris ibidem eligendi Rectorem, (quod ad se pertinere dicebant) definitivam sententiam promulgavit. Sed postmodum Abbatem & Conventum prefatos ipsa Potestas cogit Communitati predictae super proprietate vel quali memorati iuris in seculari iudicio respondere. Unde vobis injunximus, ut si ita esset, cogeretis Communitem eandem Electionem a Monachis in Rectorem admittere, audituri postea, quare super proprietate vel quali predicti iuris ducerent proponenda: [Et infra a.] Verum pars altera inter alia excipiendo proposuit se tunc respondere coram vobis de iure non teneri, cum tempus propter vindictam existeret feriatum: respondere Syndico Monasterii hoc malitiose proponi: ut videlicet causa protracta, tempus regimini electi predicti inutiliter elabatur. [Et infra a.] Mandamus, quatenus hoc non obstante in negotio, ratione pravā, procedatis.

9 predictam eundem electum, &c.

[a] Ut causam sicut iustum extiterit deserviri, non obstante statuto quolibet contrario Ecclesiastica libertati, seu quod Abbas & Conventus predicti compulsi sunt super hoc litem contestari in iudicio seculari. Nuper enim reverente Abbate & Conventu didicimus, quod cum de literis, a nobis super hoc obtentis, ad ipsius Communis notitiam pervenisset, Syndicus eius exhibuit coram iudice Potestatis calunniam iuramento citari fecit Abbatem, quod coram illo subiret simile iuramentum, & ut per hoc renunciare appeteret intelligeretur: idem Abbas ipso facto ut pro convicio si hoc facere recusaret haberetur. Cumque prefatam Communitem ad presentiam vestram sapienter & peremptorie citasset, Syndico eius se velle dilatorias exceptiones proponere protestanti, terminum quo id faceret vel super principali responderet negotio statuit, ad quem idem veniens fuit protestatus paratum se pro posse alio tempore literas nostras per suggestionem falsi, & veri suppressionem obtentis. [b] Quod apparebat ex eo quod per nuntium Potestatis, Abbati fuit prohibitum ne Communitem eandem extra Florentiam districum in iudicio conveniret, quare pronominati Abbas & Conventus humiliter petierunt ut obviare huiusmodi malitiam dignemur. Quocirca dicitur.

PITH. 46 Idem Episcopo, &c. Idem Episcopo & Magistris Tancredi Bonon. & Baldini Prateni Bononia commorantibus Canonici: ut in cap. ult. inf. de testib. cogend. vel non. vel Idem Episcopo & Magistro T. Bononiensi. 47 Sancta Maria de Florentia. Ordinis S. Benedicti. 48 Castri de Signa. Sic 2. V. C. vel Castri Crovis. 49 Ratione pravā procedatis. Vide l. 1. §. ult. & l. 2. ff. de feriis, & l. 2. in fin. de custod. reor.

DE FORO COMPETENTI.

TITULUS II.

I. EX CONCILIO CHALCEDONENSI. [c. an. 455. in Bithynia.]

Clericus coram suo Episcopo conveniri debet.

Si quis Clericus adversus Clericum negotium habeat, non deferat Episcopum proprium, sed prius apud ipsum actio ventiletur: vel certe consilio eiusdem Grati. 11. q. 1. apud alios, quos utraque pars voluerint, iudicium obtineant.

PITH. 1. Alios quos utraque pars voluerint. V. C. delet hac verba utraque pars. 2. Obtinerebunt. Continebunt. Vide Can. 45. caus. 11. quest. 1.

II. EX CONCILIO PARIENSI. [c. an. in Gallia.]

Iudex secularis, si Clericum per se dirringit vel condemnat, excommunicari debet.

Nullus iudicium, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut Minores Ecclesie sine permisso Pontificis per se dirringere aut condemnare presumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui injuriam irrogare dignoscitur, tandiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscit & emendet.

PITH. 3. Nullus iudicium. Vide Can. 2. caus. 11. quest. 1.

Minores. Juniores. ut Can. 43. Concil. Antistod. Juvenis in l. 10. Cod. Theodof. de Episc. & Cleric.

III. EX CONCILIO AFRICANO. [c. an. 402. in Africa.]

Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum ibi ubi res est. Sic communiter summat.

Anē si Episcopi inter quos causa versatur, sint diversarum provinciarum: ille Primas det iudices, in cuius provincia est locus, de quo contenditur.

PITH. 5. Ex Concilio Africano. Sive Carthagenesi Can. 123. Ex quo apparet conjugendum caput 1. sup. de arbit.

IV. GREGORIUS 6 Bonifacio 7 Defensori Corlicae. [c. an. 594. Romā in Corsicam Insulam.]

Episcopus ut suspectus recusatus, de cuius suspicionē notorie constat, potest dare delegationem partibus non suspectis: cuius sententiam poterit per se executioni mandare.

Si quis contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius aseat: qui si ut suspectus fuerit recusatus, executor ab eo deputetur. Aut si hoc actor recusaverit, ab eodem Episcopo est deputandus, qui parte sibi mutuo consensu iudices compellat eligere: quibus quicquid fuerit definitum, ipsius sollicitudine (servata lege) modis omnibus compleatur.

PITH. 6 Gregorius, &c. Vide lib. 9. Epistol. Epist. 74.

Bonifacio. Petro. Ipsius. V. C. vel tua vel Episcopi. Servata lege. l. a. Divo Pio. ff. de re iudicata.

V. ALEXANDER III 10. [c. an. 1180. Romā in Tuscaniam.]

Super re Ecclesie vel Clerici potest Laicus coram Ecclesiastico iudice conveniri: sed si probabiliter negat rem esse Ecclesie vel Clerici ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam, convenitur coram suo iudice.

Si Clericus Laicum de rebus suis vel Ecclesie impetierit: & Laicus res ipsas, non Ecclesie esse aut Clerici, sed suas proprias asseverat, debet de rigore juris ad forenses iudices trahi. Cum actor forum rei sequi debeat: licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur.

PITH. 10 Alexander tertius. Episcopo Genuensi. De rigore juris. Vel potius ex privilegio, ut Novel. 53. Aliter de consuetudine. Innocentius in cap. 2. de alienat. iudicii mutandi causa.

VI. IDEM 13. [c. an. 1180. Romā in Galliam.]

Si questio feudalis est inter Clericum & Laicum, cognoscat Dominus feudi: sed eo negligente, cognoscat Delegatus Papa, etiam ante negligentiam datus. Hoc dicit, secundum lecturam glossi.

EX transmissa nobis insinuatione B. C. & VV. Militum Ecclesie tua intelleximus, quod cum R. de Cassaville eos super quadam possessione coram Trecento Episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Campis eorum dominus sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de seculari feudo in iudicio Ecclesiastico responderet: [Et infra a.] Per Dominum feudi causam iubeas terminari. Et si ipse malitiose dilulerit, tu ei debitum finem imponas.

Itaque prefatus Episcopus in eos velut contumaces excommunicationis sententiam promulgavit: Et infra.

PITH. 13 Idem. Senonensi Archiepiscopo. Cassaville. Gallicie Chassenay, in Ballivatu Trecenti. De Campis. De Campis, Gallicie Chappes in eod. Ballivatu.

Finem imponas. Ut cap. 10. 11. & 15. inf.

VII. IDEM. [c. an. 1180. Roma.]

Per Dominum feudi secularium sive Ecclesiasticum, questio feudalis terminari debet, etiam si Vasalli sint Clerici: & si plures pretendunt Dominum, non potest unus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum pertineat. Hoc dicit secundum lecturam magis notabilem.

Verum quoniam de quibusdam feudis adversus Prapostitum questio mota fuit: Statuimus, ut ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus, de feudis ipsis sub suo iudicio cognoscatur, si ad Ecclesiasticam cognitionem pertineant; alioquin beneplacito Imperiali (sicut iustum fuerit) relinquatur.

VIII. LUCIUS III. [c. an. 1181. Roma.]

Malefactores Ecclesiarum, in utroque foro conveniri possunt.

Um sit generale, ut actor forum rei sequatur. [Et infra a.] Verum quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis Ecclesiasticis saepe in iudicio sunt remissi, in favorem Ecclesie est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum Rectores possint sub quo maluerint iudice conveniri.

Convenientius est ut apud iudices seculares raptores prius conveniantur. Sed si iustitiam exhibere contempserint, aut iudices ex quacumque causa fuerint negligentes, quia iudicandi sunt sacrilegi ab Ecclesia de crimine illo, censuram poteris in eos Ecclesiasticam exercere.

Ad. 15. ubi referuntur Canones Concilii, c. 9. Burch. lib. 2. decr. c. 183. Ivo, q. 6. cap. 128. & 360. Grat. 11. q. 1. apud alios, quos utraque pars voluerint, iudicium obtineant. d. 2. Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. utraque partes. d. al. continebunt.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. Juniores. Burch. al. sententia.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. Juniores. Burch. al. sententia.

IX. CELESTINUS III 17. [c. an. 1195. Romā in Galliam.]

Causa Clericorum secundum iura, non secundum consuetudines Laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis jurisdictionis Ecclesie, causa Clericorum sicut secularium iura canonica terminanda. Hoc dicit secundum glossi, & utrumque summarij recipit determinationem.

Quod Clerici [Et infra a.] Mandamus, quatenus si quas causas pecuniaris Clerici Parisius commorantes, habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ipsas iure Canonico decedatis.

Nullus Episcoporum vel Clericorum ad iudicia secularia est trahendus. habent enim illi suos iudices, nec quicquam est eis publicis commune cum legibus. Bonifacius vero Papa & Gelasius, & alii plures antecessores nostrorum antiquioribus Conciliis consonantes, sicut bene patet iuris vestrisque peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducitur: Per Ap. P. H. 17 Celestinus III. Episcopo Parisiensi.

Decidatis. V. C. addit, nec permittatis Iuri scripto consuetudinem prevalere. Vide du Tillet, pag. 173.

X. INNOCENTII III. Vercellensi Episcopo 19. [c. an. 1208. Romā in Pedemontium.]

Laicus Laicum super re civili coram iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi in defectu iustitie secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

Let ex suscepto [Et infra a.] Mandamus, quatenus si quando a Laicis Vercellen. literas super rebus precipue, que forum seculare contingunt, a Sede Apo. contigerit impetrari, sublato appellacionis obstaculo, decernas autoritate nostra irritas & inanes, dummodo Consules & Commune de se conquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitia complementum.

Licet tamen 20 ipsis, qui sub eisdem Consulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo fenferint gravari: ad tuam (sicut hactenus servatum est) vel ad nostram, si maluerint 2 audientiam appellare, hoc presertim tempore, quo vacante Imperio ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui a superioribus in sua iustitia opprimuntur. Si vero Consules iustitia tamquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis de causa suspensionis agatur: que si probata fuerit esse iusta, ad te vel ad nos pro iustitia recurratur: sicut superius est expressum.

Serovitius officio sinu omnibus in iustitia debitoribus: sic tamen in iure suo non quovismodo convenit providere, ne alius injuriam facere videamur, nec, quod absit, inde fiamur materia scandali, unde provida debet consideratione sedari. Ex insinuatione sane dit. filiorum Consulum Communis Vercellensis, nos noster accepisse quod cum de iustitia questionibus que mox sterant contra eos coram Consulis iustitia iuxta consuetudinem approbatam velut curibet conquerentis iustitia plenitudinem exhibere, Laici quidam ut eorum jurisdictionem evadent & fatigent, eos laboribus & expensis super rebus que iudicium Ecclesiasticum non requirunt, litera Ap. impetrant, & sic prae iurisdictionem Consulum, quam meruerant, eos cogunt multipliciter laborare, volentes igitur sic eorum utilitati considerere, ne patiamur iustitiam aliorum deprive. f. i. per. a. l.]

PITH. 19 Innocentius, &c. Epistol. Innoc. pag. 43. Licet tamen, &c. l. 2. §. ult. C. de sentent. & re iudic.

XI. IDEM 2 Archidiacono & Thesaurario Turonensi. [c. an. 1210. Romā in Galliam.]

vidua Laicum coram iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum iudicis secularis.

EX tenore literarum Comitum Britannie, est nostris aurius intimatum, quod cum causam, que inter mulierem nobilem E. & I. de Meduano super hereditate sua noticitur agitari, vobis commissum super terminandam, ipse Comes eodem mulieri cum tam ipsa, quam predictus I. essent de foro ipsius, mandavit, ut causam deferret ad ipsum, promittens eidem, quod faceret ei iustitia plenitudinem exhiberi.

habeti. [Et infra a.] Nos igitur attendentes, quod licet sumus viduis in iustitia debitoribus, quod alii iniustitiam facere non debemus: mandamus, quatenus nisi sit talis causa que ad Ecclesiasticum iudicem pertinere noscatur, ei superferere curetis: dummodo per iudicem secularem suam iustitiam possit obtinere; alioquin non obstante ipsius contradictione, causam ipsam ratione previa terminetis.

Nobis nihilominus intimare procurans quod in curia sua debeat huiusmodi negotium terminari, & eos & mulierem supra dicta ei nequaquam obtemperare volentes, fatigatis in causa procedere, & sic sibi minus rationabiliter jurisdictionem asserere: unde nobis humiliter supplicavit, ut causam ipsam ad eum ad quem specialiter pertinet, mittere dignemur.

XII. IDEM Pifano Archiepiscopo. [c. an. 1210. Romā in Tuscaniam.]

Clericus non potest constituere sibi iudicem Laicum, etiam si proprium iuramentum & adversarii consensus accedat.

SI diligenter [Et infra a.] Afferuisti te usque ad hec tempora tenuisse, quod licitum sit Clerico renuntiare saltem in temporalibus causis iuri suo; & sibi laicum iudicem constituere, presertim ubi adversarii voluntas accedit: ac temere iuramentum super hoc interpositum respondisti: immemor constitutionis, qua cavetur pacto privatorum iuri publico minime derogari.

Cum ergo jus hoc in Millevitan. & Carthagenensi Conciliis sit specialiter promulgatum, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice ad iudicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, & a communione habeantur extranei: & tam Episcopi, quam Diaconi, seu quilibet Clerici in criminali, seu in civili negotio, si derelicto Ecclesiastico iudicio publicis iudicibus se purgare voluerint, etiam si pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione; in civili vero perdant, quod evicerint, si locum suum maluerint obtinere. Manifeste patet, quod non solum invitati, sed etiam voluntarii pacifici non possunt, ut secularia iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale, cui renunciarivaleat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum: cui privatorum pacto derogari non potest. Nec iuramentum licite servari potest, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informat.

Meditatione, & infra. Super eo autem admirantur plurimum & moventur quod cum te reputemus virum providum & discretum, & iuxta debitum Pontificalis officii, statuta sanctorum Patrum ignota tibi esse non debeant, & iuris peritorum copiam habere noscatis.

PITH. 21 Si diligenti. Ex l. f. quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric. & l. penult. C. de passis. Ne Clerici. caus. 11. quest. 1. can. 41. & 42. Publicè indultum. l. 27. ff. de Regul. jur. cap. penult. de iudic. in 5. Collect.

XIII. IDEM Belvacensi Episcopo. [c. an. 1210. Romā in Galliam.]

Clerici, super excessibus, coram suo Episcopo conveniri debent, non coram his, quibus serviunt, nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat.

Um contingat interdum in tua: Et infra. Insuper postulasti, an cum aliqui Clerici deputati servitio Capituli Belvac. aut aliorum Clericorum tua diocesis super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, vel potius coram illis quibus serviunt, querelantibus respondere, cum illi sibi jurisdictionem huiusmodi vindicare contendat, licet illos excommunicare non valeant, vel alias etiam coercere. Super quo taliter respondemus, quod ad te (utpote ordinarij) de talibus debent conquerentes habere recursum: maxime si super his impetuntur, que in tua noscuntur diocesi commississe. Nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia vel consuetudine specialis jurisdictionem huiusmodi valeant sibi vindicare.

PITH. 24 Licet illos excommunicare, &c. l. 12. sup. de majorit. & obediunt.

XIV. IDEM Senicen. Episcopo 25. [c. an. 1210. Romā in Galliam.]

Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto, sed non privat beneficio alibi existente: sed Episcopus beneficii privabit quasi exequendo condemnationem iudicis delicti. Hoc dicit secundum unum intellectum. Secundum alium intellectum hoc dicit, Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto, privando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab Episcopo beneficii.

Postulasti per Sedem Apost. edoceri, utrum sacerdos habens Ecclesiam in una diocesi, & residens in eadem, domicilium vero patrimonij ratione in alia, ibi delinquens ab eo in cuius diocesi habet patrimonium; pro delicto ibidem commisso debeat iudicari, presertim in causis, que officij sui seu beneficii privationem expolcunt? Ad quod breviter respondemus, quod per Episcopum in cuius diocesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo, in cuius diocesi beneficium obtinet, erit quoad illud executio facienda.

PITH. 25 Senicen. Episcopo. Silvanensij Episcopo, ex 4. Collect.

XV. HONORIUS III. Archiepiscopo Decano, & Archidiacono Turon. [c. an. 1220. Romā in Galliam.]

Miserabilis persona potest Laicum interdicto, unde vi coram iudice Ecclesiastico convenire, etiam si res subtrahat dicitur feudalis.

EX parte 26 quondam Anglie Regine fuit propositum, quod cum Nobilem virum G. detentorem castri Sergej, ratione dotallij pertinentis ad ipsam, quo per eum vel ejus complices, contra iustitiam fuerat spoliata, autoritate bonae memorie Joannis Pape 23. prae. no. coram vobis traxisset in causam, dictus Nobilis excipiendo proposuit, quod litera

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. Verba qua tribuntur hoc loco Millevitano Concilio habentur in Conc. Tolet. 3. c. 13. Reliqua in Concil. Carthagin. 3. c. 9. id quod nostrum, de reg. jur. & l. 1. ff. sol. matr.

Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil.

at. Vienensi.

Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil.

Vide l. 3. §. dicitur, de sepulch. viol. & l. siu bimus, C. de sacros. Eccl.